



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gesetze der Westgoten

Wohlhaupter, Eugen

Weimar, 1936

II. Titulus: De furibus et furtis // II. Titel: Von Dieben und von Diebstahlsfällen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69894](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69894)

II. Titulus: De furibus et furtis

1. Antiqua. Ut exponat, quid querit, qui rem furtivam se querere dicit.

Qui rem furtivam requirit, quid querat, iudici occulte debet exponere, ut ostendat per manifesta signa, quid perdidit; ne veritas ignoretur, si non evidentia signa monstraverit.

2. Antiqua. Si servus ante datam seu post datam libertatem faciat furtum.

Si quis in servitio constitutus furtum admiserit, et postea a domino suo fuerit manumissus, illa, que antea commiserat, ad damnum domini non pertineant; sed ipse sicut servus penam vel damnum legibus suscipiat constitutum, qui illicita perpetrasse dinoscitur. Quod si post datam libertatem hoc fecerit, ita ut servus et compositionem et flagella sustineat. Quod si tale factum non fuerit, propter quod servituti tradatur, in libertate accepta nihilominus permaneat.

3. Antiqua. Si servus ad alium dominum transiens quodcumque committat illicitum.

Si servus, dum ad alium dominum transit, aliquid de rebus prioris domini involaverit aut abstulerit seu quodcumque damnosum alicui intulerit, dum pro crimine cupiditatis cupit addici, discutiatur a iudice. Et si id crimen admisisse convincitur, posterior dominus, si voluerit, pro servo damnum compositionis exolvat. Certe, si noluerit, servus secundum criminis qualitatem tradatur ad penam.

4. Antiqua. Si dominus cum servo alieno faciat furtum.

II. Titel: Von Dieben und von Diebstahlsfällen

1. Wer eine gestohlene Sache einklagt, soll darlegen, worum es sich handelt.

Wer eine gestohlene Sache einklagt, muß dem Richter insgeheim darlegen, um was es sich handelt, indem er in schlüssiger Weise dartut, was ihm abhanden gekommen; sonst weiß man nicht um die Wahrheit, wenn er keine schlüssigen Anzeichen erbracht hat.

2. Wenn ein Knecht vor oder nach der Freilassung einen Diebstahl begeht.

Hat ein Knecht einen Diebstahl begangen und ist er hernach von seinem Herrn freigelassen worden, so soll das frühere Vergehen dem Herrn nicht zum Schaden gereichen; sondern der Übeltäter soll wie ein Knecht Strafe und Schadenersatz, wie die Gesetze es vorschreiben, leiden. Hat er das nach der Freilassung getan, so soll er wie ein Knecht Buße und Auspeitschung erdulden. War es keine solche Missetat, daß man deshalb zur Knechtschaft übergeben werden müßte, so soll er nichtsdestoweniger in seiner erlangten Freiheit bleiben.

3. Wenn ein Knecht, der zu einem andern Herrn übergeht, eine unerlaubte Handlung begeht.

Hat ein Knecht beim Übergang zu einem andern Herrn etwas vom Gute seines früheren Herrn entwendet oder weggenommen oder jemand einen Schaden zugefügt in dem Wunsche (seinem früheren Herrn) wegen dieser strafbaren Zueignung wieder zu gesprochen zu werden¹⁾, so soll über ihn vom Richter verhandelt werden. Und wird er der Missetat überführt, so darf der neue Herr, wenn er will, an Stelle des Knechtes die Schadensbuße entrichten. Will er freilich nicht, so soll man den Knecht nach Gestalt der Missetat bestrafen.

4. Wenn ein Herr mit dem Knecht eines anderen zusammen einen Diebstahl begeht.

¹⁾ Der Sklave ist von seinem früheren Herrn an einen neuen Herrn verkauft worden; er wünscht aber, bei seinem früheren Herrn zu bleiben.

Si quis ingenuus cum servo alieno in aliquo crimine inventus fuerit, ut furtum forsitam faciant vel aliquid rapiant aut illicita quaecumque committant, secundum superiorem legem medietatem eiusdem compositionis exolvant, ita ut ambo publice fustigentur. Et si noluerit dominus pro servo satisfacere, ipsum servum pro compositione tradere non moretur. Quod si capitalia forte commiserint, simul servus cum ingenuo morte damnentur.

5. Antiqua. Si dominus cum servo suo faciat furtum.

Si dominus cum servo suo ad furtum faciendum ierit, hanc compositionem non servum, sed dominum implere iubemus; ita tamen, ut dominus iuxta leges C flagellis publice fustigetur. Servus autem ideo erit indemnis, quia domini iubentis obedibit inperiis.

6. Antiqua. Si servus alienus suadeatur ad illicita facienda.¹⁾

Si quis servum alienum ad furtum faciendum aut alias quascumque res illicitas committendas vel etiam adversus se ipsum forte persuaserit, ut domino eius perditionem exhibeat, quod facilius eum per malam et iniquam persuasionem ad suum servitium fraudulenter addicat, et fraus ipsa iudicis fuerit investigatione detecta: dominus servi nec servum perdat nec ullam calumniam pertimescat; sed ipse, cuius conludio vel suasionem servus crimen admiserat, ut eum sibi per aliquam occasionem ad servitium potuisset addicere, ipse eius servi domino, quantum ille involaverit, aut quantum culpavilem rem admiserit, septuplo compositionem implere cogatur. Ipse autem servus in conventu publice C flagella suscipiat pro eo, quod dominum suum dispiciens insidiantem consenserat; et sic postmodum domino suo reddatur.

¹⁾ L. Vis. VII, 2, 6 und 8 haben vermutlich Vorläufer im Euricianus gehabt; Zeumer, Ausgabe S. 291 Note 1 und 3.

Ist ein Freier zusammen mit dem Knecht eines anderen bei einer Missetat ertappt worden, bei einem Diebstahl oder Raub oder sonst verbotenem Tun, so soll jeder nach dem obigen Gesetz¹⁾ die Hälfte der Buße leisten und beide sollen öffentlich ausgeprügelt werden. Und will der Herr nicht statt des Knechtes bezahlen, so soll er sofort den Knecht statt der Buße ausliefern. Haben sie todeswürdige Verbrechen begangen, so sollen der Knecht und der Herr zusammen zum Tode verurteilt werden.

5. Wenn ein Herr in Gemeinschaft mit seinem eigenen Knecht einen Diebstahl begeht.

Geht ein Herr mit seinem eigenen Knecht auf Diebstahl aus, so soll die fällige Buße nicht der Knecht, sondern der Herr leisten; doch soll der Herr dem Gesetz entsprechend öffentlich 100 Peitschenhiebe erhalten. Der Knecht aber bleibe deshalb unbestraft, weil er nur den Befehlen des Herrn gehorcht hat.

6. Wenn der Knecht eines anderen zu Missetaten angestiftet wird.

Hat jemand einen Knecht eines anderen zum Diebstahl oder sonstigen Missetaten auch gegen sich (den Anstifter) angestiftet, um so dessen Herrn zu Verlust zu bringen, damit er um so leichter durch seine böse und nichtswürdige Anstiftung jenen (den Knecht) unter seine Dienste bringe, und wird diese Lücke durch richterliche Untersuchung aufgedeckt: so soll der Herr des Knechtes weder seinen Knecht verlieren, noch sonstige Rechtsnachteile fürchten; jener aber, auf dessen Uraten und Anstiftung der Knecht die Missetat begangen hatte, damit er ihn auf irgendeinem Wege in seinen Dienst bringen könne, soll selbst dem Herrn des Knechtes siebenfach büßen müssen, was (der Knecht) entwendet oder sonst an Schaden zugefügt hat. Der Knecht aber soll vor allem Volke öffentlich 100 Peitschenhiebe empfangen, weil er, seines Herrn nicht achtend, mit dessen Gegner gemeinsame Sache gemacht hat; und so soll man ihn seinem Herrn zurückgeben.

¹⁾ Gemeint ist aber die Bestimmung L. Vis. VII, 2, 14 unten, die im Codex revisus Leowigilds vor unserem Rechtsatz gestanden zu haben scheint; Zeumer, Ausgabe S. 290 Note 3.

7. Antiqua. De his, qui cum furibus conscii fuerint.

Non solum ille, qui furtum fecerit, sed etiam et quicumque conscius fuerit vel furti ablata sciens susceperit, in numero furantium habeatur et simili vindicta subiaceat.

8. (Recessvindus.) Si de fure quis nesciens comparaverit.

9. Antiqua. Si de fure quis cognitus comparaverit.

Si quis rem furtivam sciens a fure comparaverit, ille, qui emit, suum representet autorem et postea tamquam fur componere non moretur. Si vero furem non invenerit, duplam compositionem, que a furibus debetur, exolvat; quia apparet illum furi esse similem, qui rem furtivam sciens comparasse cognoscitur. Quod si servus hoc fecerit, aut medietatem compositionis de ingenuis persolvat, aut hunc servituum dominus tradat.

10. Antiqua. De pecunia et regis rebus furto sublati.

Si quis de thesauris publicis pecuniam aut aliquid rerum involaverit vel in usu suo transtulerit, in novecuplum eam restituat.

11. Antiqua. De tintinabulis furatis.

Si quis tintinabulum involaverit de iumento vel bove, solidum reddat; de vacca tremisses duos, de verbicibus vel quibuscumque pecoribus tremisses singulos cogatur exolvere.

12. Antiqua. De instrumentis mulini furatis.

Si quis de mulinis aliquid involaverit, quodquod furatum est restituat, insuper et componat, sicut de aliis furtis lege tenetur, et extra hoc C flagella suscipiat.

13. (Chindasvindus.) De damno furis.

14. Antiqua. Ut fur captus perducatur ad iudicem; et ut ingenuus cum servo faciens furtum unam compositionem exolvant.

Fur¹⁾ si captus fuerit, perducatur ad iudicem, ut ingenuus in novecuplo sublata restituat, et extensus publice coram

¹⁾ Das Gesetz scheint schon im Euricianus gestanden zu haben; Zeumer, Ausgabe S. 293, Note 4.

7. Von Mitwissern der Diebe.

Nicht nur der Dieb selbst, sondern auch jeder Mitwisser und jeder Hehler der Diebsbeute sollen als Diebe gelten und gleicher Strafe unterliegen.

8. Wenn jemand ohne Wissen von einem Diebe erworben hat.

9. Wenn jemand wissentlich vom Dieb erworben hat.

Hat jemand eine gestohlene Sache wissentlich vom Dieb erworben, so muß der Käufer seinen Gewährn stellen und muß hernach sogleich Buße leisten wie ein Dieb. Hat er den Dieb nicht gefunden, so soll er doppelte Diebsbuße leisten; denn offenbar steht dem Diebe gleich, wer wissentlich Diebsgut erworben hat. Hat ein Knecht das begangen, so leiste er die Hälfte der Buße eines Freien oder sein Herr soll ihn als Knecht ausliefern.

10. Vom Diebstahl von Geld oder Sachen des Königs.

Hat jemand aus dem Fiskalvermögen Geld oder sonst etwas entwendet oder in seinen Gebrauch überführt, so muß er das neunfach erstatten.

11. Vom Diebstahl von Viehlocken.

Hat jemand eine Locke von einem Zugtier oder Ochsen entwendet, so büße er einen Schilling, wenn von einer Kuh, dann büße er zwei Tremissen, wenn von Hammeln oder sonstigem Kleinvieh, büße er je eine Tremisse.

12. Vom Mühlendiebstahl.

Hat jemand in einer Mühle etwas entwendet, so erstatte er das Gestohlene, büße ferner, wie das Gesetz es für andere Diebstähle vorschreibt, und empfangen außerdem noch 100 Peitschenhiebe.

13. Von der Strafe für den Dieb.

14. Einen ertappten Dieb soll man vor den Richter führen; und wenn ein Freier mit einem Knecht einen Diebstahl begeht, sollen sie eine einheitliche Buße entrichten.

Einen ertappten Dieb soll man vor den Richter führen, damit er, wenn ein Freier, neunfach das Entwendete erstatte und ausgestreckt

iudicem C flagella accipiat. Quod si non habuerit, unde componat, careat libertatem, illi serviturus, cui furtum fecerit. Servus autem sexcupli compositionem cogatur exolvere et C flagella ante iudicem extensus accipiat. Ipse vero in custodia a iudice teneatur, quousque dominus eius pro eo admoneatur, ut pro servo suo componere non moretur, aut si certe distulerit, eum pro crimine cui malum fecit tradere non moretur.

Id denique in hac lege servandum est: ut, si servus et ingenuus seu servi et ingenui unum animal aut quaecumque unam rem pari consensu furaverint, unam compositionem exolvant, id est, ingenuus medietatem novocupli, et servus idemque medietatem sexcupli, flagella tamen secundum superiorem ordinem accepturi. Nam et de maiori summa furti, a servo et ingenuo vel a servis et ingenuis facta, predicta forma servabitur; et quemadmodum superius constitutum est, ante iudice flagellandi sunt.

15. Antiqua. Si fur se gladio vindicans occidatur.¹⁾

Fur, qui per diem gladio se defensare voluerit, si fuerit occisus, mors eius nullatenus requiratur.

16. Antiqua. Si fur nocturnus, dum capitur, occidatur.

Fur nocturnus captus in furtum, dum res furtivas secum portare conatur, si fuerit occisus, mors eius nullo modo vindicetur.

17. Antiqua. De male tractatis et indebite contractis rebus, et ut tantum de illa re compositio fiat, que fuerit ablata.

Si quis res aut vestimenta aliena male tractaverit aut in itinere constitutum in aliquid contigerit vel furtim ei quodcumque tulerit, non pro omni sarcina solutionem implere

¹⁾ L. Vis. VII, 2, 15 und 16 haben sicher schon im Euricianus gestanden; Zeumer Ausgabe S. 294 Note 3.

öffentlich vor dem Richter 100 Peitschenhiebe empfangen. Reicht sein Vermögen zur Buße nicht aus, so verliere er seine Freiheit und werde Knecht des Bestohlenen. Ein Knecht muß sechsfache Buße zahlen und empfangen vor dem Richter 100 Peitschenhiebe. Ihn soll der Richter in Haft halten, bis man seinen Herrn aufgefordert hat, entweder statt des Knechtes die Buße zu leisten oder, wenn er nicht dazu bereit ist, den Knecht wegen der Missetat sofort dem Bestohlenen auszuliefern.

Endlich ist bei diesem Gesetz zu beachten: Haben ein Knecht und ein Freier oder mehrere Knechte und mehrere Freie zusammen und in gleicher Absicht ein Tier oder eine Sache gestohlen, so sollen sie eine einheitliche Buße leisten, d. h. der Freie die Hälfte des Neungeldes und ebenso der Knecht die Hälfte des Sechsgeldes; die Peitschenhiebe sollen sie nach der oben stehenden Bestimmung¹⁾ empfangen. Auch bei einem größeren Diebstahl, der von einem Knecht und einem Freien oder von mehreren Knechten und mehreren Freien zusammen ausgeführt wurde, soll es, wie oben steht, gehalten werden; und wie bereits oben bestimmt, sind sie vor dem Richter auszupeitschen.

15. Wenn ein Dieb getötet wird, der sich mit dem Schwerte schütten will.

Wird ein Dieb, der bei Tage sich mit einem Schwerte wehren will, getötet, so bleibe sein Tod unverfolgt.

16. Wenn ein Dieb bei Nacht ertappt und getötet wird.

Wird ein Dieb bei Nachtzeit beim Diebstahl ertappt, wie er eben die gestohlenen Sachen wegtragen will, und getötet, so soll sein Tod keinesfalls geahndet werden.

17. Von Sachen, auf die man schlecht achtet und die man ungebührlich schädigt, und daß man für jene Sache Buße zahlen soll, die entwendet wurde.

Hat jemand auf fremde Sachen oder Kleider schlecht geachtet oder ist ihm auf einer Reise etwas zugestoßen oder hat man ihm etwas dieblich entwendet, so braucht er nicht für alles Ge-

¹⁾ Gemeint ist L. Vis. VII, 2, 13. Dieses Gesetz sieht vor als Strafe für einen freien Dieb: Neungeld und 100 Peitschenhiebe, als Strafe für einen unfreien Dieb: Sechsgeld und 100 Peitschenhiebe.

cogatur, sed de hoc, quod furtim abstulit vel male tractavit, secundum leges componere non moretur.

18. Antiqua. De his, que a diversis naufragiis rapiuntur.

Quidquid ex incendio, ruina vel naufragio raptum fuerit, et aliquis ex hoc quidquam ab alio susceperit sive celaverit, in quadruplum reformare cogatur.

19. Antiqua. De hereditate et successoribus furis.

Si quis furi mortuo in hereditate aut ex testamento aut ex sanguinis propinquitate successerit, quia crimen cum fure defecit, penam quidem non sustineat; sed damnum satisfactionis exolvat, quod fur, si vixisset, fuerat soluturus. Si autem maius est damnum quam hereditas, faciat cessionem.

20. Antiqua. De his, qui fures aut reos captos excusserint.

Si quis furem captum aut reum alicui excusserit, si maioris loci persona est, extensus coram iudicem pro sola presumptione C flagella suscipiat et quem excussit representare cogatur. Quod si alter eum prendiderit, cuius causa non est, de ea compositione, quam fur facere poterat, pro labore suo quartam partem accipiat. Si autem fur inventus non fuerit, iam tunc et penam furis qui hunc excussit perferat et tantum de suo ipse componat, quantum fur, quem excusserat, convictus satisfacere potuerat. Si certe minor persona fuerit et furem representaverit, pro presumptione sola et ipse C flagella suscipiat. Si autem fur inveniri non potuerit, et penam furis et damna ipse sustineat.

Nam si preter furem alterius criminis quicumque reum excusserit, similiter C flagella extensus accipiat; et si eum invenire vel presentare nequiverit, eidem continuo vindicte subiaceat, quam reum illum, qui excussus est, legalis sanctio pati demonstrat.

päch Ersatz zu leisten, sondern nur für das, was er dieblich entwendet hat oder worauf er schlecht geachtet hat, leiste er nach den Gesetzen Buße.

18. Von Sachen, die bei verschiedenen Unglücksfällen entwendet werden.

Wird bei Gelegenheit eines Brandes, Hauseinsturzes oder Schiffbruchs etwas entwendet und hat jemand etwas davon von einem erhalten oder verhehlt, so muß er vierfache Buße leisten.

19. Vom Nachlaß und den Erben eines Diebes.

Ist jemand auf Grund Testamentes oder auf Grund Blutsverwandtschaft eines Diebes Erbe geworden, so treffe ihn keine Strafe, weil das Verbrechen mit dem Dieb gestorben ist; aber die Schadensbuße, zu der der Dieb bei Lebenszeiten verpflichtet gewesen wäre, muß er leisten. Übersteigt die Schadensbuße den Nachlaß, so soll er (diesen den Gläubigern) zur Verfügung stellen.

20. Von jenen, die gefangene Diebe oder Missetäter befreien.

Hat eine Person höheren Ranges einen gefangenen Dieb oder Missetäter befreit, so empfangen sie wegen dieses Frevels allein schon vor dem Richter 100 Peitschenhiebe und stelle den Befreiten wieder. Hat diesen ein anderer Unbeteiligter wieder eingefangen, so erhalte der für seine Mühe von der Buße, die der Dieb leisten kann, ein Viertel. Und kann man den Dieb nicht mehr finden, so muß der Befreier schon jetzt sowohl die Strafe des Diebes auf sich nehmen, wie auch aus seinem Vermögen soviel Buße leisten, als der entkommene Dieb im Überführungsfalle hätte leisten können. Handelt es sich um eine Person geringeren Standes, die den Dieb wieder stellen kann, so soll diese für den Frevel allein ebenfalls 100 Peitschenhiebe empfangen. Hat man aber den Dieb nicht finden können, so trage (d)er (Befreier) sowohl Strafe wie ein Dieb, als auch Buße.

Hat jemand zwar nicht einen Dieb, aber einen sonstigen Missetäter befreit, so soll er auch ausgestreckt 100 Peitschenhiebe empfangen; und hat er ihn nicht auffinden und vor Gericht stellen können, so treffe ihn sofort die gleiche Ahndung, die der entkommene Missetäter nach dem Gesetz hätte leiden müssen.

Si vero servus domino nesciente ista commiserit, pro presumptione CC flagella suscipiat et quem excussit representet. Quem si non presentaverit, dominus eius, si voluerit, pro eo summam compositionis exolvat; quod si componere noluerit, iuxta crimen admissi servum aut pro damno aut pro supplicio tradat.

21. Antiqua. Si servus domino vel conservo fecerit furtum.

Si servus domino suo vel conservo aliquid involaverit, in domini potestate consistat, quid de eo facere velit; nec iudex se in hac re admisceat, nisi dominus servi fortasse voluerit.

22. Antiqua. Infra quod tempus fur captus iudici presentare iubetur.

Si quis furem aut quemcumque reum comprehenderit, statim perducatur ad iudicem. Ceterum sue domui amplius quam una die aut nocte eum retinere non audeat. Si quis contra hoc fecerit, quinque solidos pro sola presumptione iudici cogatur exolvere. Et si servus hoc sine domini conscientia fecerit, C flagella suscipiat. Si vero servus cum domini voluntate id commiserit, compositio redundet ad dominum; ita ut, si honestioris loci persona est, X solidos iudici cogatur exolvere, ex quibus medietatem sibi iudex usurpet et aliam medietate illi det, qui damnum noscitur pertulisse.

23. (Recessvindus.) Si furtive alienus quadrupes occidatur.

III. Titulus: De usurpatoribus et plagiatoribus mancipiorum

1. (Recessvindus.) Si quis mancipium alienum usurpet.

2. (Chindasvindus.) Si servum vel ancillam ingenuus plagiasset detegitur.

3. Antiqua. De ingenuorum filiis plagiatis.

Qui filium aut filiam alicuius ingenui vel ingenue plagiaverit aut sollicitaverit et in populo nostro vel in alias regiones

Hat aber ein Knecht ohne Wissen seines Herrn solches getan, so empfangt er 200 Peitschenhiebe für seinen Frevel und stelle den wieder, den er befreit hat. Tut er es nicht, so kann sein Herr, wenn er will, an seiner Stelle die Bußsumme entrichten; will er das nicht, so soll er je nach der begangenen Missethat den Knecht entweder zum Ersatz oder zur Todesstrafe ausliefern.

21. Wenn ein Knecht bei seinem Herrn oder seinem Mitknecht einen Diebstahl begeht.

Hat ein Knecht seinem Herrn oder seinem Mitknecht etwas entwendet, so soll dem Herrn freistehen, was er mit ihm machen will; der Richter mische sich in diese Sache nur, wenn der Herr es will.

22. Innerhalb welcher Zeit ein gefangener Dieb dem Richter vorgeführt werden muß.

Hat jemand einen Dieb oder sonstigen Missetäter ergriffen, so führe er ihn sofort vor den Richter. Im übrigen darf er ihn in seinem Hause keinesfalls länger als einen Tag oder eine Nacht behalten. Hat jemand dagegen verstoßen, so muß er dem Richter für diesen Frevel allein schon 5 Schillinge leisten. Hat ein Knecht das ohne Wissen seines Herrn getan, so empfangt er 100 Peitschenhiebe. Hat es aber ein Knecht mit Willen seines Herrn getan, so treffe die Buße den Herrn; und zwar so, daß eine höhergestellte Person dem Richter 10 Schillinge leisten muß, wovon die Hälfte dem Richter gebührt, und daß man die andere Hälfte dem gibt, der den Schaden erlitten hat.

23. Wenn heimlich ein fremder Vierfüßler getötet wird.

III. Titel: Von Leuten, die Sklaven an sich ziehen oder rauben

1. Wenn jemand einen fremden Sklaven an sich zieht.

2. Wenn ein Freier des Raubes eines Knechtes oder einer Magd sich schuldig macht.

3. Vom Raub der Kinder von Freien.

Wer den Sohn oder die Tochter eines Freien oder einer Freien raubt oder verlockt und sie innerhalb unseres Volkes oder